Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

117) Vide supra ad c. VIII Add. 47 v.

118) Si ~~verum esset~~ certum esset id, quod in quadam litis deductione de anno 1432 legitur, das dat dorff Stamsey elter denn die Stifft ze Augspurg Vnd als alt, als das dorff ze Kiemmingen: crederem sane, S. Theclam sanctissimam ipsam jam seculo VI ex Oriente ~~venisse~~ reducem in Quercetum Stamsensi substitisse, atque in sacello ibi constructo partem Digiti S. Joannis Praecursoris deposuisse, inde ~~in~~ cum reliquiis SS. Reliquiis in patriam suam ~~Mauricianam~~ pervenisse Mauricianam. Ast cum ~~quia~~ rei hujus fidem invenire sine gravioribus momentis vix sperem; certum tamen sit ex infra recitandis Instrumento, circa seculi XI medium Stamsium fuisse locum habitabilem seu villam: alia ostendenda occasione, qua Digitus S. Praecursoris, baculus itemet imago S. Theclae Stamsium venerint. Sed et hic haereo quia. Verum quidem est: Rudolphus Burgundiae ultimus Rex, et Humbertus primus Sabaudiae, proin et Mauriana Comes, Conrado II Imp. addictissimi fuerant; ejusdem Coronationi Romae utique adstitit. Eporedia (urbe Sabaudiae vicina) ~~hy~~ hiemavit Conradus: quis dubitet ab Humberto salutatum fuisse? Basilea Rudolphus Conrad~~um~~ regnum Burgundiae detulit, ab eoque largam munera recepit. Humbertus Conradum defuncto Rudolfo ~~defuncto~~ regnum Burgundiae praesentem contra Ottonem Campaniae Comitem adjuvit. Circa eadem tempora Conradus Caesar per quaterve Valles nostras Athesinam atque Oranan transiit. Vide supra Add. 103. Certum igitur ~~videtur~~ est, contingere potuisse, ut vel Rudolphus ipse Rex, vel verosimilius Humbertus Comes dona quodam sacra sive ipsi Caesari, sive comitantibus eum Principibus obtulerit: quo deinde in Convallem ~~dein Stamsium~~ allata et in Sacello S. Joannis in eremo Quercetensi seu Stamsensi fuerint deposita. ~~Quid~~ En! quid fieri potuerit, habes: quid factum sit, nec ego habeo.

(Vid. Helinus lex. hist. v. Savoyen et Humbertus.)

119) Instrumentum Tabularii ~~Pro~~ Episcopalis Brixinensis a cl. Viro Jos. Resekio ex autographo descriptum, meumque beneque communicatum, ita sonat.

Omnibus Catholicae Ecclesiae filiis dignoscatur qualis quidam nobilitatem sortitus perenkart personatus dimidium Man | a quodam nobile Ortolfus nomine filio suo Anfun traditum, super altare sanctorum Cassiani et Ingenuini in manus suscipiet Altwini Brixinensis Praesulis cum omni jure, quo praescriptus traditor eidem

(idest, ipse met seu personaliter)

(Cl. Mansum)

S. Thecla VI.

cum reliquiis SS. Reliquiis

Conf. fol. 106v